**cfr Georg BÜCHMANN (1822-1889)**, Geflügelte Worte und Zitatenschatz, Verbesserte Neuauflage. Zürich (Werner Classen Verlag). s.a., p.189:

„ἔξ ὄνυχος τὸν λέοντα“ (γράφειν) – **Ex ungue leonem (pingere)**. (Der Klaue nach den Löwen malen, d.h. aus einem Glied auf die ganze Gestalt schließen) wird von **Plutarch** („De defectu oraculorum“, 3) auf Alcäus (bl. um 610 v.Chr.), von **Lucian** („Hermotimus“, 54) auf Phidias (geb. um 500 v.Chr.) zurückgeführt. Es findet sich sprichwörtlich schon bei dem Mimendichter Sophron aus Syrakus (5.Jh.v.Chr.).“

## BERNOULLI DE NEWTON QUID DIXERIT

[https://en.wikipedia.org/wiki/Later\\_life\\_of\\_Isaac\\_Newton](https://en.wikipedia.org/wiki/Later_life_of_Isaac_Newton)

“...On 29 January 1697 Newton returned at 4pm from working at the [Royal Mint](#) and found in his post the problems that Bernoulli had sent to him directly; two copies of the printed paper containing the problems. Newton stayed up to 4am before arriving at the solutions; on the following day he sent a solution of them to Montague, then president of the Royal Society for anonymous publication. He announced that the curve required in the first problem must be a [cycloid](#), and he gave a method of determining it. He also solved the second problem, and in so doing showed that by the same method other curves might be found which cut off three or more segments having similar properties. Solutions were also obtained from Leibniz and the [Marquis de l'Hôpital](#); and, although Newton's solution was anonymous, he was recognized by Bernoulli as its author; "*tanquam ex ungue leonem*" (we recognize the lion by his claw)....”

[https://es.wikipedia.org/wiki/La\\_garra\\_del\\_le%C3%B3n](https://es.wikipedia.org/wiki/La_garra_del_le%C3%B3n)

“**La zarpa del león** (de la locución [latina](#) *Ex ungue leonem*, literalmente "Por una garra (se conoce) al león") es **el nombre con que se conoce un celeberrimo episodio de la [historia de la ciencia](#) ocurrido en [Londres](#) el [29 de enero](#) de [1697](#).**

Consistió en la presentación de dos difíciles problemas matemáticos a la comunidad científica de la época, estableciéndose un plazo de seis meses para la resolución de ambos. Cumplido el plazo, solo [Gottfried Leibniz](#) había resuelto uno de los dos, y por medios matemáticamente penosos. El plazo fue extendido seis meses más, con los mismos resultados.

Pasado un año, uno de los problemas seguía sin ser resuelto, y el otro esperaba aún una solución elegante y referida al caso general. Sir [Edmond Halley](#) se percató de que Sir [Isaac Newton](#) no había sido informado del desafío, y le llevó ambos problemas. El padre de la [gravitación](#) resolvió en diez horas los dos problemas frente a los que sus contemporáneos habían fracasado durante doce meses y publicó las soluciones en forma anónima.

El organizador del concurso, [Johann Bernoulli](#), apenas leído el texto con las soluciones, declaró estar seguro de que el vencedor era Newton. Cuando le preguntaron por qué (siendo un artículo anónimo), respondió con la célebre frase: *Tanquam ex ungue leonem*, figuradamente "porque reconozco las garras del león" o "por sus garras se conoce al león", en el sentido de que sólo Newton podría ser capaz de resolver tales problemas y lo que es más en el estilo claro, conciso, brillante y definitivo característico del científico inglés que era fácilmente reconocible para Bernoulli. ... »

[https://gedichte.xbib.de/Puschkin\\_gedicht\\_011.+Ex+ungue+leonem.htm](https://gedichte.xbib.de/Puschkin_gedicht_011.+Ex+ungue+leonem.htm)

### Ex ungue leonem

Ein paar von meinen Liedern wurden neulich  
Gedruckt, doch stand mein Name nicht darunter;  
Ein Kritikaster findet sie abscheulich,  
Und reißt sie — gleichfalls namenlos — herunter.  
Doch die Vermummung hielt nicht lange Stich,  
Es ging mir wunderlich mit jenem Thoren:  
An meinen Krallen bald erkannt' er wich.



Und ich erkannte ihn an seinen Ohren.

Aus dem Russischen von  
Friedrich Martin Bodenstedt  
Alexander Puschkin  
Aus der Sammlung [Lyrisches und Epigrammatisches](#)

## Ex ungue leonem

- 1 Keiner erkennt an der Klaue den Löwen, aber ein jeder  
2 Eilet, das Sprüchlein zu thun, wenn er den Löwen geseh'n.

Emil Peschkau  
*aus: Traum und Leben, 5. Epigramme*

Die Deutsche Gedichtbibliothek

<https://gedichte.xbib.de/>



## Vignette »Ex Ungue Leonem«

Wurde radiert von  
[Kilian, Philipp](#); Zuschreibung, vgl. [Sponzel 1896](#), S. 153, Nr. 102  
[Symbolansicht](#)  
Kunstwerk-Bezüge  
Steht in Zusammenhang mit

Mitarbeiter der »Teutschen Academie«: [Vignette eines schreitenden Löwen \(TA 1679\)](#)

*Graphik*

Sandart/Sandart: [»Ops, Berecynthia, Kybele« \(TA 1680, Tafel G, 1\)](#) *Graphik*

### Rezipiert

Werner: [Selbstbildnis vor der Staffelei \(»Self-portrait of Joseph Werner«\)](#) *Malerei*

### War Vorlage für Kopie

Unbekannter Künstler: [Antikes Relief »ex ungue leonem« \(Kopie nach Sandart\)](#) *Zeichnung*  
Literatur

### Die Kunstwerk-Daten stammen aus

[Winner 2009](#)

### Wird behandelt in Literatur

[Sponsel 1896](#); S. 153, Nr. 102

Basis-Daten

Datierung

1675

Material/Technik

Radierung

Inschriften

EX VNGUE LEONEM.

Abbildung(en) in der »Teutschen Academie«

[TA 1675, II, Buch 1 \(antike Künstler\), S. 24](#)

[TA 1675, II, Buch 3 \(niederl. u. dt. Künstler\), S. 325](#)

[TA 1679, Metamorphosis, S. 136](#)

### Kommentare

Diese Vignette verwendet Sandart mehrfach, zweimal in Band 1 (s. [TA 1675, II, Buch 1 \(antike Künstler\), S. 24](#) und [TA 1675, II, Buch 3 \(niederl. u. dt. Künstler\), S. 325](#)) sowie in Band 2 im Teil der Metamorphosen (s. [TA 1679, Metamorphosis, S. 136](#)). Mit dem darin zitierten lateinischen Sprichwort »Ex ungue leonem«, das auf eine Stelle in **Lukians Dialog Hermotimos** zurückgeht, erscheint die Darstellung als Emblem (vgl. [Winner 2009](#), S. 193). Während das Zitat im Text zur Definition der Zeichnung herangezogen wird (s. [TA 1675, I, Buch 3 \(Malerei\), S. 60](#)), erscheint die Vignette an dieser Stelle ebenso wenig wie in der Vita des Bildhauers Phidias, auf den sich Lukian bezieht. Vielmehr verbindet Sandart das Sprichwort durch die Darstellung eines schreitenden Löwen im Ganzen (s. [TA 1679, II \(Skulptur\), S. 70](#)) mit Vitruvs Proportionslehre. Die Löwenpranke im Relief mit den beiden Löwenköpfen wird zudem von Winner als Signatur (»signum Phidiae«) gedeutet, die Löwenköpfe selbst als Verkörperung von Affekten (vgl. [Winner 2009](#), S. 198). Einen bildlichen Vorläufer sieht Winner in Joseph Werners [Selbstbildnis](#), in dem auffällig die Hand des Malers über der Löwenpranke platziert ist und der Bildniskopf leonine Züge aufweist (vgl. [Winner 2009](#), S. 200–209). [Christina Posselt, 29.11.2011](#)

### Erwähnungen in Kommentaren

In der Vignette ist eine von Plinius (Nat.hist. 35, 84–85) übe...

[Saskia Schäfer-Arnold, 30.06.2010](#)

Die Vignette mit der Abbildung eines schreitenden Löwen steht ...

[Carolin Ott, 17.01.2012](#)

**LUCIANUS, Hermotimus 54**

<https://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A2008.01.0521%3Asection%3D54>

[54] ἄλλ', ὦ Λυκῖνε, τὸ μὲν ἐπὶ πάντα ἐλθεῖν χρῆναι καὶ πειραθῆναι ὧν φασὶ καὶ τὸ μὴ ἂν ἄλλως ἐλέσθαι τὸ βέλτιον ἢ οὕτως, εὐλογον ἴσως, τὸ δὲ τῇ πείρᾳ ἐκάστη τοσαῦτα ἔτη ἀποδιδόναι, παγγέλοιον, ὥσπερ οὐχ οἶόν τε ὄν ἀπ' ὀλίγων καταμαθεῖν τὰ πάντα. ἐμοὶ δὲ καὶ πάνυ ῥάδιον εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενον: φασὶ γέ τοι τῶν πλαστῶν τινα, Φειδίαν οἶμαι, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι, ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο κατ' ἀξίαν τοῦ ὄνυχος ἀναπλασθεῖς. καὶ σὺ δέ, ἦν τίς σοι χεῖρα μόνην ἀνθρώπου δείξη τὸ ἄλλο σῶμα κατακαλύψας, εἴση, οἶμαι, αὐτίκα ὅτι ἀνθρώπος ἐστὶ τὸ κατακεκαλυμμένον, κἂν μὴ τὸ πᾶν σῶμα ἴδῃς. καὶ τοίνυν τὰ μὲν κεφαλαιώδη ὧν ἅπαντες λέγουσι, ῥάδιον καταμαθεῖν ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας, τὸ δὲ ὑπερακριβὲς τοῦτο καὶ μακρᾶς τῆς ἐξετάσεως δεόμενον οὐ πάνυ ἀναγκαῖον ἐς τὴν αἴρεσιν τοῦ βελτίονος, ἀλλ' ἐστὶ κρῖναι καὶ ἀπ' ἐκείνων.

**PLUTARCHUS, De defectu oraculorum 3**

θαυμασάντων δὲ τῶν παρόντων, τοῦ δὲ Δημητρίου καὶ γελοῖον <sup>1</sup> φήσαντος εἶναι ἀπὸ μικρῶν πραγμάτων οὕτω μεγάλα θηρᾶν, οὐ κατ' Ἀλκαῖον <sup>2</sup> 'ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα' γράφοντας, ἀλλὰ θρυαλλίδι καὶ λύχνῳ τὸν οὐρανὸν ὁμοῦ τι σύμπαντα μεθιστάντας καὶ τὴν μαθηματικὴν ἄρδην ἀναιροῦντας:

**MATERIAS  
QUAE SPECTANT  
AD DICTUM UNGUIS LEONINI  
COLLEGIT  
LEO LATINUS**

## **ECHUS VOCES EPISTULAE**

**Gesendet:** Samstag, 17. April 2021 um 11:01 Uhr  
**Von:** "SPQR" <SPQR@leolatinus.com>  
**An:** "Dr. Michael Schmude" <m.p.schmude@gmx.de>  
**Betreff:** Ut vales? Quid agis?

**LEO LATINUS MICHAELI SCHMUDE SAL.PL.DIC. s.v.b.e.e.v.**

**Iam ex aeonibus, care commilito quondam studiorum meorum et amice Latinitatis vivae, nihil a te accepi. Quid cogitas de novissima quarantaena, qua includimur cancellaria iubente? Nonne melius est libertate ambulandi frui – sicut fruuntur Texani et Floridani et Sueti? Quid de studiis tuis Latinissimis? Quid de institutione tua Latina? Esne adhuc magister activus an es iam rude donatus?**

**Memini tibi quaedam argumenta Leonis Latinae iam placuisse. Quomodo tibi placent argumenta, quae Leo Latinus nunc tractat? Iamne legisti de Iosepho Rizal, heroe Philippinarum nationali (EL 235)? Nonne vis ipse aliquid publicare Latine scriptum? Libenter accipiam.**

**Scribas mihi, care Michael, quidquid tibi in buccam venerit.**

**Vale pancratice.**

**Medullitus te salutat**

**LEO LATINUS**

**Care Nicolaë, leo latinë et commilito aeoniensis,**

**valde gavisus sum litterā tuā epistulas Leoninas iam pridem legens aestimansque.**

**Scribam Latine sperans te Latinitatem meam modestam vel melius persaepe ‚cucinariam‘ tolerare et affirmans me meliorare velle scribendo assidue Latine (conscienter apprehendo his epistulis nulla ulla instrumenta auxiliaria et**

verba facio, quomodo mihi ‚viā rectā et sine ullā arte in buccam veniunt‘). Ignosce igitur ...

Argumenta tua in ELis tractata mihi pertinenter placent, singulariter discussiones contemporaneae, ad quas methodam Socraticam in utramque partem disserendi semper et constanter adhibendam valde praefero. Necnon fabellae Tuae Grimmianae imprimis mihi delactatui fructuique sunt. Gaudeam si eae permansurae sint ...

Sum et manebo docens activus Linguarum Classicarum (Graecitatis et Latinitatis) apud PTHV – Philosophisch-theologische Hochschule Vallendar (Mons sacer urbis in facie Confluentium Mosellae Rhenique). Laboro etiam scientificē – praeter librorum existimationes in Foro Classico (sodalitatis philologorum antiquitatis DAV) occupatus sum mediā in translatione octo librorum *De gubernatione Dei* Salviani presbyteri Massiliensis (5<sup>o</sup> saec.) intra *Bibliothecam Literaturae Latinae tardoanticae* Universitatum Eichstätt et Düsseldorf ... omnia cetera in [www.casa-grammatica.de](http://www.casa-grammatica.de) s.v. (tabula sinistra) ‚Schriftenverzeichnis‘.

Libenter scribam aliquid de rebus litterariis, philosophicis, theologicis intra Epistulas Leoninas, si materia quaedam, *thema quoddam* adest vel aderit.

Adhuc tantum – vale pancratice.

Medullitus te saluto

Michael P. Schmude



Am 17.05.2021 um 17:01 schrieb JESÚS HERNÁNDEZ LOBATO  
Professor Philologiae Universitatis Salamanca

**Iesus Leo Latino s.p.d.**

Si vales bene est, ego valeo. Perlecta tua *Fragrantia* (de cuius suavi et accurato sermone nihil aliud nisi tibi gratulari possum), velim hos a te emere libros, qui studium curiositatemque meam maximopere excitaverunt:

**-Recitator**

**-Aranea nigra**

**-Crabatus**

**-Hotzenplotzius**

**-Werther iuvenis quae passus sit (CD)**

Accepta ratione nummaria, pretium a te indicatum ad computum tuum libenter transferam. Ecce incriptio mea cursualis (ad quam libri mittendi sunt):

On 2021.06.06 17:29, SPQR wrote:

**Nicolaus Carolo sodali suo optimo sal.pl.dic. s.v.b.e.e.v.**

Quid fit, quid agitur, care Carole? Iam diu nihil accepi a te scriptum.

En habemus nomina Orbis Picti Hexaglotti, nunc scribendum est glossarium.

Quod tibi misi in appendice "GRAPHEUM"), est ultimum capitulum nominum, quae sunt in summa (si editoribus Lexici originalis - "Visual dictionary" - credimus) 40.000 (quadraginta milia). Haec omnia insunt 29 capitula, i.e. archia (angl. files), v. Indicem p.1.

Nunc mihi Latina nomina sunt in ordinem alphabeticum digerenda et scribendum est glossarium (TOMUS II: afferendi mihi sunt loci testes et breves explicationes significationis et etymologiae). Spero hos labores maiore cum continuitate fieri posse (nam laboriosius et spinosius mihi videtur vocabula quaerere aut confingere quam explicationes scribere).

His duobus mensibus (Iunio et Iulio) in schola mihi multa restant facienda (vices gerendae sunt collegae iuvenis, qui vacationem accepit paternitatis). At mense Iulio exeunte rude donabor; deinde, ut spero, magis vacabo Orbi Picto Hexaglotto perficiendo.

Ergo in praesenti properato non opus est neque ullo modo te urgere velim. Gratias tibi ago pro omnibus tuis adiumentis consiliis suasionibusque.

Restat ut ex te quaeram, num particeps esse soleas conferentiarum Academiae Zoomianarum. Scisne iam, quando Patricius acroasin suam Platoniam nuper dilatam facturus sit?

Vale pancratice.

Medullitus te salutat

Nicolaus.

### **Carolus Nicolao optimo suo s.p.d. s.v.b.e.e.v.**

Gratias maximas Tibi ago pro epistulis tuis! Semper iucundissima lectuque dignissima narrare et indicare et rogare soles.

Ubi incipiam? Fortasse a formā nominis mei. Qualis sit origo eius, nescio, quaedam vetus epistula indicat consanguineam quandam in Estoniā nomine Liven. Forma Lettonica nominis quod pater meus gerebat est Līvens, ubi longitudo vocalis prorsus eodem modo indicatur ac in Latinā linguā. Forma quae in syngrapho inscribitur est Lyvens, ubi eadem longitudo modo Lituano indicatur, sed tamen grammaticae nomen minime cohaeret – nomen videtur esse nudum et indeclinabile, terminatione Lituanicā egere, quamquam terminatio Lettonica -s sit prorsus eadem ac Lituana -as. Ergo iam a pueritiā solebant condiscipuli nomen meum declinabile reddere terminationem addendo et nomen reddendo Lyvensas, quod mihi minime placuit et adhuc valde displicet. Ergo ante nonnullos annos in Prosopobiblio et in variis aliis locis ubi nomen officiale non est necessarium uti soleo formā Lyvenas – ipse addidi terminationem Lituanicam themati vero et sic illam consuetudinem frangere conatus sum. Haec ratio scribendi mihi videtur optima, non tamen omnes ita sentiunt – mater mea, exempli gratiā, putat esse talem „Lituанизationem“ esse rem nimiam, mavult formam „Lettonicam“, sed ego secus puto – sic omnibus patet terminationem Lettonicam esse eandem ac Lituanicam, nostras linguas esse coniunctas et ex eodem origine Baltico ortas esse, cum vero consulto terminationes Lettonicas immutatas servamus et nomina indeclinabilia reddimus dum Lituane loquimur, quasi monstramus linguam illam esse alienam a nobis et exoticam. En, iam satis obtundi aures tuas – habes rem minimam prolixè enarratam.

Admiror Te tanto studio linguae Lituanicae perdiscendae ferri (sed iam scis illam, nonne plures versiones Lituanico-Latinas fecisti?) – ita, est textus quem conscripsi anno 2014, cum unā cum amicis Lituanis petiimus Scholam Latinitatis Vivae Posnaniensem. Illis primis annis solebamus post unumquodque iter Latinum illud publice describere et sic praeconio facto fortasse plures ad „sectam nostram“ allicere. Quantum successerimus in hac re, difficile dictu – oportet revertamur ad haec conamina, sed semper „non vacamus“ :D

Congratulor Tibi Te denique iam quasi perfecisse opus magnum tuum! Strenuissime laborasti per plurimos annos (iam in epistulā Leoninā anni 2009 video indices vocabulorum?), sane erit lexicon omnibus utilissimum necnon iucundissimum. Fortasse conscribes etiam bibliographiam librorum quibus usus sit? Iucundum sit audire sententiam tuam de variis inceptis lexicographicis quae iam exsunt. Mitto thesin quandam de lexicis Latinis ab amico quodam meo iam ante multos annos defensam.

Nunc autem de grapheo, praecipue de rebus computatralibus. Haec est pars lexicalis in quā disputatio perpetua fieri solet in unāquāque linguā, neque in solā Latinā linguā...

En aperui paginam fortuitam. De rhabdoscopio: fortasse breve vocabulum nimis multa in se continet – raro hoc vocabulum adhibetur, ergo fortasse melius est iuncturā quādam exprimere. Haptoscopium, rhabdoscopium... Si hāc viā -scopiorum procedimus, fortasse praestat “haptoscopium rhabdogrammatum”. Et si agimus de QR-code, fortasse eodem tenore fieri potest “tetragonogramma” (secundum Lettonicum „kvadrātkods“). Sed de „haptoscopio“ quid sentiam nescio. Fortasse alias.

Browser navigamen – quidni navigatrum, est enim instrumentum? Vel navigatorium? Possuntne omnino talia nomina substantiva in -men desinentia ad instrumenta designanda adhiberi? Nec fragmen nec carmen nec flumen nec semen instrumenta sunt efficientia id, quod verbum temporale originarium agit, potius ad harum actionum effectum pertinere videntur. Fortasse mutamen magis quadrat, sed quoque dubito.

Placet lectrum librorum digitalium, placet porta et portus (video Te ambos adhibere). Placet visificium. Satis iocosus visus est cursor qui currit sursum deorsum – sed verum est! Sulcamentum discorum – fortasse etiam caelatrum? Lituanice dicimus simpliciter „rašytuvās“,

„įrašome kompaktus“ „inscribimus“. Illud suffixum moribundum -trum a nobis prorsus resuscitatum est, fortasse est pars insignis Latinitatis vivae.

Video port scopoporta pertinet ad simile genus ubi fortasse uno vocabulo non gaudendum. Non statim intellexi quid sit. Fortasse potius porta visificii? Cum vero agitur de videophony scopotelephonia, Russi solent pro Skype dicere iconotelephoniam.

Backup storage unit unitas copiacionis securitariae – res implicatissima esse videtur. Fortasse locus (sedes?) exemplaris/apographi subsidiarii/provisi/cautionalis? Unitas Latine non solet partem machinamenti significare.

Output devices instrumenta editoria – bene, fortasse placet, sed polysemia quaedam oritur, nam etiam libri eduntur. Instrumenta inditoria, editoria. Fortasse etiam inductoria eductoria fieri possint?

Network interface card (NIC) charta interfacialis. Agitur de rete computatrali, verisimiliter aethereo. Ergo charta interfacialis retis? Interfacies (interficies si attenuamus vocalem) significat aliquid inter duas superficies quod quasi coniungit, ergo Lituane dicimus „sašaja“, scil. coniunctionem, connexionem.

Home key plectrum cursoris reponendi, end key plectrum finale. Hoc reponit cursorem in fine versūs, illud in initio. Plectrum cursoris in initio reponendi, plectrum cursoris in fine reponendi. Sed nimis prolixa haec omnia. Plectrum initiale et plectrum finale fortasse quoque sufficiunt.

Sed iam satis de hac palude auriferā lexicographiae. Me rogas de thesi meā – de illā libentissime narrabo, sed hac in epistolā nimis longum sit omnia enarrare. Fortasse sic rem paucis verbis describam. Scribere volo historiam Latinitatis vivae quae describat consilium Latinitatis resuscitandae et homines et loca et tempora, verbo – contextum omnis generis. Nonne Latinitas semper alia significare solebat aliis in temporibus, aliis in terris? Talis historia socio-historica nondum est conscripta. Habemus plurima millia paginarum Latine exaratarum et sunt arva fere inarata, tractatu dignissima. Inde eruere possumus ideologiam quandam Latinitatis vivae quae semper temporibus quodammodo congruit.

Gratias ago pro conspectu vitae tuae! Res iucundissimas in universitate docere soles, fortasse paenitet exire. Fortasse poteris

etiam extra universitatem id retialiter sive telariter pergere, si modo societate studiosae iuventutis egebis.

Habeo non paucos fasciculos Vocis Latinae ope lucis a Russo investigatore Latinitatis vivae partim descriptos et valde miratus sum Te illic invenisse iam fere in fasciculis anni 1977. Videris iam tunc studiosissimus fuisse rerum lexicalium. Sed quomodo ad Latinitatem venisti? Nonne alii cuidam rei in universitate studuisti? Fortasse Eichenseerium convenisti quia in eādem universitate Saravipontanā fuisti?

Academiae Zūmianae me latent, nihil de illis scio. Verisimiliter epistula scribenda. Sedes ALF <https://academialatinitatifoendae.com/> minime iuvat.

Si igitur confabulari et pro thesi meā percontari vis, fac quaeso me certiolem quando colloquio Zūmiano vaces.

Interea autem fac quam optime valeas!

### **Nicolaus Carolo Lituano Latinissimo sal.pl.**

Summas gratias, amice carissime, pro epistula uberrima. Multa mihi attulisti et utilia et delectabilia. Maxime delectatus sum nomine tuo gentilicio Lituano-Lettonico explicato. Libentissime verba tua legi, perge me docere de sermone patrio tuo! Animo commoto etiam legi quae scribis de rebus technicis, quas certe multo melius intellegis quam ego. Denique valde gaudeo de studiis tuis Latinitatis vivae, quae gaudenter fovebo. Ceterum mense Iulio non in universitate, sed in gymnasio meo rude donabor. In universitate pergam cursus habere Latinos Graecos Sanscritos.

Valde vehementerque miror, quod tibi nondum est **accessus ad acroases zoomianas**. Vide infra epistulam Theoderici Praesidis nostri et inscriptionem interretialem Nicolai De Mico indicatam.

Ceterum ego semel in septimana (die Martis 16.30h - 18h) habeo **Colloquium Latinum interretiale (zoomianum) sub aegide Universitatis Ulmensis**. In praesenti sunt pauci participes, Iana et Fabiola, duae studentissae Ulmenses, et seniores doctissimi, Mauricius physicus dissertationem de theoria quantorum scribens (discipulus mei fidelissimus), Varnerius Ulmensis secretarius publicus, Sixtus medicus in Germania boreali (prope Hammaburgum) habitans,

Oscarius, Suetus Osloensis administrator Magistratus Publici Energiae Electricae Norvegici, Attila Farkas, physicus Hungaro-Dacoromanus. Qui omnes sunt homines comes et lepidi, quibuscum certe tu (qui multo profluentius loqueris quam illi) optime colloqui scies. Grex noster symbolis tuis splendide locupletabitur! Nonne libet proxima septimana die Martis hora quarta cum dimidia postmeridiana nobiscum Latine confabulari? Nulla praeparatio tibi erit necessaria, garrere solemus de rebus multis et variis - nam VARIETAS DELECTAT....

Haec raptim, mox certe plura. **Vide infra zoomiana ad ALF spectantia!**

**Medullitus te salutat**

**Nicolaus.**

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- |   |         |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat).....                       | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum).....                  | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser).....                | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne).....     | 22,00 € |

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EΙΣ AEI.*

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI-TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedous	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedous	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50



14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	0050 6A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,**

**USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**



**HANC EPISTULAM LEONINAM  
DUCENTESIMAM QUADRAGESIMAM  
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**

**Die Martis  
10. m. Augusti a.2021**



**Dr. Nicolaus Groß**  
**LEO LATINUS**  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae